

Andreas hos defendit ab Auer. & Arift. in 7. metaph. nam ipse de mente Scot. 2. sen. dist. 15. quæst. 1. tenet, animas venire à prima forma, ad quas inducendas disponit cœlum, alias verò formas ab agentibus particularibus. idem Anton. Trom. sed reprobantur hi à Niphō in 7. metaph. disp. 10. & 11. At nunc defendamus nostrum Telelum à calumnijs Martæ Peripatetici.

Martæ t. arg. Arguebat primò hic Sciolus. Si calor, & frigus essent principia, tunc non essent contraria. Etenim, ait, hæc apud te sunt contraria, tunc se opugnabunt vsque ad interitum, igitur possent se reducere vsque ad non contrarium; cùm autem venerint ad medium latitudinis, cessat contrarietas, ergo, & actio, & cùm ultimus frigiditatis gradus nō corrumperatur, nisi à summa caliditate, quæ ibi non est, ergo contraria tunc non erunt, cùm unum non agat in reliquum. Aduerterat prius hoc argumentum esse contra Arift. in 2. de gen. t. 46. & seq. inquit enim elementa contraria gaudere differentijs, ex quorum mutua actione, si ad eam concursum in potentijis, mixta generati ex illis debilitatis, imminuitisq; sicut autem alterum viscerit, alterum in sui naturam conquereret. Igitur dum mixtum conficitur, & elementa veniunt ad medium, non erunt contraria, quia cessat actio, respondeat pro Arift. Sciolus. Prò Telesio aduertere debebat, respondere Telesium omnibus argumentis, saltem impliciter, non enim contradictiones, & inconvenientia, quibus Perip. pressi in eorum via varias fictiones effecerunt, nos angunt. Dicit ergo Telesius in 1. minoris operis primò editi cap. 5. cùm calor, & frigus se debilitauerint mutua actione se imminuerint, tunc ex eis, vel uno eorum sunt entia secunda. Vbi notandum, quod sol dum calorem mittit in terram, si robustissimus erit calor, tunc citè convertit in naturam sui, ut potè in molem tenuissimam cœli, ut dicitur 1. maioris operis, secundò editi, capi. 1. si autem non ita robustus inditur calor, convertet partes terræ in aerem, in aquam, & in diuersa opera quæ apud nos sunt, secundū diuersitatem caloris agètis, & frigoris resistenter, reagentisque, & materiæ dispositiones diuerteras, diuersitatemq; calorum, quod enim constituitur à calore per blandio, corruptur ab excellentiori, ut habet Tel. 1. mai. capi. 13. 14. & sequ. cùm verò dicit hic homo, cùm veniunt ad medium, cessat actio, debebat comprehendere ex Telesio, quod qui imbibitur calor terræ, partes minus resistentes convertit ad dispositiones medias, scilicet, in lentorem, mollietatem, viscositatem, fluores, vapores, & tenuitatem, siq; opus eius intercipiatur frigore, tunc ens aliud generatur, quam calor intendat, putà lapis, metalla, & similia, nō tamen illud opus amittit caloris naturam, ut bene Telesius in 1. mai. capit. 7. ait, licet minus robustum, ac occupatum nè agat, obtineat, insuper calor hic terræ receptus, à redeante sole absimit vites, & roboratur vel per cōcentrationem, si in imis partibus receptus fuerit, nec putandum est, quod cesset actio: tunc enim ad medium dir-